MAGNIFICAT

Magnificat *
anima mea Dóminum;

**Et exsultavit spíritus meus *
in Deo salutari meo,**

Quia respéxit humilitatem ancíllæ suæ: *
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes,

**Quia fecit mihi magna qui potens est, *
et sanctum nomen eius,**

Et misericórdia eius a progénie in progénies *
timéntibus eum

**Fecit poténtiam bràcchio suo; *
dispérsit supérbos mente cordis sui.**

Depósuit poténtes de sede, *
et exaltavit húmiles.

**Esuriéntes implévit bonis, *
et dívites dimísit inanes.**

Suscépit Israel, puerum suum, *
recordatus misericórdiæ suaæ,

**Sicut locútus est ad patres nostros, *
Abraham et semini eius in sæcula.**

Glória Patri…

Repetitur Ant. ad Magnificat

Oremus.

Festìna, quæsumus, Dòmine, ne tardàveris, et auxilium nobis supernæ virtutis impende; ut adventus tui consolatiònibus sublevèntur, qui in tua pietate confìdunt. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.
℟. **Amen.**

NOVENDIALES PRECES ANTE SOLEMNITATEM NATIVITATIS DOMINI

NOVENDIALES PRECES

Ante sollemnitatem Nativitatis Domini



23

24



20

O
Cla-vis David, * et sceptrum domus Isra-el:
qui á-pe-ris, et nemo claudit; claudis, et nemo ápe-
rit: ve-ni, et e-duc vinctum de domo cárce- ris, se-dén-
tem in té-nebris et umbra mor-tis. E u o u a e.

21


O
O- ri- ens, * splendor lu-cis æ-térnæ, et sol
iu-stí- ti- æ: ve-ni, et il-lúmi- na sedéntes in
té- nebris et umbra mor- tis. E u o u a e.

22


O
Rex génti- um, * et de-side-rá-tus e- á-rum,


et vi-de-bi-tis et gau-de-bit cor ves-trum. ℟. Re-gem...
3. Ecce veniet Dominus protector noster, Sanctus Israel
coronam regni habens in capite suo, et dominabitur
a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos
orbis terrarum. ℟. Regem venturum Dominum.....
4. Ecce, apparebit Dominus et non mentietur: si moram fecerit
expecta e—um, quia veniet et non tardabit. ℟. Regem ....
5. Descendet Dominus sicut pluvia in vellus, orietur in diebus


ejus justitia et abundan-ti-a pa - cis, et a-dorabunt E - um
omnes re-ges terræ, omnes gen-tes servi-ent E - i. ℟.Regem...
6. Nasce - tur nobis par - vulus, et vocabitur De - us for - tis.
Ipse sedebit super tronum David Pa- tris su - i et imperabit,
cu - jus po-te - stas super hu - merum E - jus. ℟.Regem...
7. Be - tle - hem ci-vi-tas De-i sum-mi, ex te e-xi-et do-mi-
na-tor J - sra- el, et e - gres-sus e-jus si- cut a prin-ci-pi-o

18


O A-do-ná- i, * et Dux domus Isra- el, qui Mó-
y-si in igne flammæ ru-bi appa-ru- í- sti, et e- i
in Si-na legem de-dí-sti : ve-ni ad red- iméndum nos
in bráchi- o extén-to. E u o u a e.

19


O Ra- dix Iesse, * qui stas in signum popu-ló-rum,
super quem conti-nébunt re-ges os su- um, quem gentes de-
pre- ca-búntur : ve-ni ad li-be-rándum nos, iam no- li
tardá-re. E u o u a e.

ANTIPHONÆ AD MAGNIFICAT

16

17





In Viglia additur:



Psalmus

Lætèntur cæli, et exùltet terra *
jubilàte, mòntes, làudem.
**Erùmpant mòntes jucunditàtem *
et còlles justìtiam.**
Quia Dòminus nòster vèniet *
Et pàuperum suòrum miserèbitur.
**Roràte cæli dèsuper et nùbes plùant jùstum *
aperiàtur tèrra et gèrminet Sàlvatorem.**
Memènto nostri, Dòmine, *
et visita nos in salutàri tuo.
**Ostènde nòbis Dòmine, misericòrdiam tuam,*
et salutàre tùum da nòbis.**
Emìtte Agnum, Dòmine, dominatòrem tèrræ, *
de pètra deserti ad mòntem filiæ Sìon.
**Vèni ad liberàndum nos, Dòmine, Deus virtùtum *
ostènde fàciem tùam,et sàlvi èrimus.**
Veni, Dòmine, visitàre nos in pàce *
ut lætèmur còram te, còrde perfècto.
**Ut cognoscàmus, Dòmine, in terra vìam tùam *
in òmnibus gèntibus salutàre tùum.**
Èxcita, Dòmine, potèntiam tùam, et veni; *
ut sàlvos fàcias nos.
**Veni, Dòmine, et nòli tardare, *
relàxa facìnora plèbi tùæ.**
Ùtinam dirùmperes cælos et descènderes, *
a fàcie tua mòntes deflùerent.
**Veni, et ostènde nòbis fàciem tùam,Dòmine, *
qui sèdes sùper Chèrubim.**
Gloria Patri...

CAPITULUM

(Cfr. Ad Hebraeos 6, 20; 7,2.3)

Præcùrsor pro nòbis ingrèditur Agnus sine macula, secùndum òrdinem Melchìsedech, Pòntifex fàctus in ætèrnum et in sǽculum sǽculi. Ipse est Rex iustìtiæ, cùius generàtio non hàbet finem.

℟. **Deo gràtias.**

HYMNUS



En Agnus ad nos míttitur
laxáre gratis débitum,
omnes simul cum lácrymis
precémur indulgéntiam.

Beátus Áuctor saéculi
servíle corpus índuit,
ut carne carnem líberans,
ne pérderet quos cóndidit.

Castae Paréntis víscera
caeléstis intrat grátia
venter puéllae bájulat
secréta quae non nóverat.

Domus pudici péctoris
Templum repénte fit Dei,
intácta, nésciens virum,
concépit alvo Fílium.

Deo Patri sit glória,
Eiusque soli Filio,
cum Spíritu Paráclito
In saéculorum saécula. Amen.